Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1171
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Cornelii exaudite oro tua / et elemosine q memorate
sunt in ⁊ spiritu dei / Mitte ergo in joppen et accersiri simonem
qui cognominatur petrus / hic hospitatur in domo simonis
corriarii iuxta mare / Cum venit loquatur tibi / Festinan
ter misi ad te / et tu bene fecisti venendo ad nos / nunc
go omnes nos in ⁊ spiritu tuo assumus / audire omnia quecunq
precepta tibi sunt a domino / Aperiens autem petrus os dixit
in veritate qui / quia non est personarum acceptor deus /
sed in omni gente qui timet eum / et operatur iustitiam /
acceptus est illi / verbum misit deus filiis israel
annuncians pacem per ihesum xpm / hic est omnium dominus
scitis quod factum est per universam iudeam / incipiens
a galilea post baptismum quod predicavit johannes / ihesum
nazareth / quomodo unxit eum deus spiritu sancto et virtute / qui
pertransiit bene faciendo et sanando omnes oppressos a diabulo
/ quia deus erat cum illo / Et nos testes sumus omnium quae
fecit in regione iudeorum / et in hierusalem / quem occiderunt suspen
dentes in ligno / hunc deus resuscitavit tercia die / et dedit
eum manifestum fieri non omni populo / sed testibus ordinatis a deo
nobis qui manducavimus et bibimus cum illo / postquam
surrexit a mortuis / et precepit nobis predicare populo et testi
ficare / quia ipse est / qui constitutus est a deo iudex vivorum
et mortuorum / Huic omnes prophete testimonium perhibent / re
missam peccatorum accipere per nomen eius / omnes qui credunt
in eum / Adhuc loquente petro verba hec / cecidit spiritus sanctus
super omnes qui audiebant verbum / et obstupuerunt ex
circumcisione fideles qui venerant cum petro / quia et in nationes
gratia spiritus sancti effusa est / audiebant enim eos loquentes linguis /
et magnificantes deum / Tunc respondit petrus / numquid aquam quis
prohibere potest ut non baptizentur hii qui spiritum sanctum acceperunt
sicut et nos / et iussit baptizari in nomine domini ihesu xpi / tunc
rogaverunt eum ut maneret apud eos aliquot diebus / Pristine
et plenioris reforme fidei